



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Seucs sine consensu Apostolico de unitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

135 Matrimonia non possunt à laicis prohiberi, ne contrahantur cum personis certi loci.

136 Matrimonialis materia est de iure poli.

Fœmina non amittit lucrum, etiam si contra statum forense nupserit, ibidem.

137 Libertatem ecclesie violantibus divina cœlitus ira resistit.

138 Nisephorii Phoca lex Ecclesia libertati repugnans, fuit abrogata.

139 Aistulphi Longobardorum Regis sacri legi miserandus interitus.

140 Federici secundi Imperatoris semen divino iudicio extinctum.

VERA, communis, & vulgata est conclusio, quod bona ecclesiastica citra Papæ consensum alienari non possint, ex pluribus supra allegatis. Sed dubitatur, an de bonis legitis sine beneplacito ipsius Papæ & solemnitatibus à iure requisitis cum emphiteuta, seu feudatario, ut emphiteuta in illorum possessione remaneat, liberè transigi possit. Et videtur, quod sic, si emphiteuta, vel feudatarius est in possessione, † quia tunc transactio non videtur alienatio, ut tenet *Jaf. in l. iusurandum, quod ex conventionibus, §. populus, numer. 4. ff. de iure iur.* & gloss. in *l. nulli, ff. de transact.* quæ conclusio procedit, dumtaxat in bonis ecclesiæ donatis, vel legato, vel testamento, seu aliàs relictis, quæ nondum fuerint ecclesiæ incorporata, *Rot. conf. 184. numer. 1. & 2. Rol. conf. 15. numer. 42. volum. 1. Ceph. conf. 375. numer. 30. & 31. rol. 3.* & ita distinguit *Jaf.* post alios quamplures per ipsum pro communi opinione citatos, in *l. legatum, nu. 15. 16. & seq. ff. deleg. 1. idem declarat, & distinguit, Bald. conf. 16. Tiraq. de retract. consang. aut equipol. §. 1. gloss. 14. numer. 14.* *Natta. conf. 44.* ubi asserit, quod doctores, qui pro contraria opinione allegantur, loquuntur † de transactionibus, quæ fiunt cum fratribus mendicantibus, cum quibus id est speciale, vel cum ecclesiarum

rektoribus super bonis nondum ecclesiæ unitis, & incorporatis, non autem super bonis, quorum directum dominium est penes ecclesiam, cui sunt incorporata, super quibus sine consensu Papæ transigi non licet, nisi ecclesia remaneat, aut inducatur in possessionem, ut per gloss. in *d. l. nulli, & ibi Bart. numer. 2. de transact.* idem *Bart. in dict. l. 1. numer. 3. C. si advers. transact.* cum quo transit. *Jaf.* limitando prius per ipsum dicta in eadem *l. iusurandum, quod ex conventionibus, §. pupillus, nu. 4. in fine, ff. de iure iur.* *Natta eodem conf. 44. numer. 3. 12. & 13.* & *Borghin. post plures alios decis. 45. alias 16. in additione, nu. 44. par. 1.*

Nec super decimis valet transactio de decimis facta cum Pralato, seu ecclesiæ rectore, non ligat successorem, per text. in *capitulo veniens*, ubi etiam gloss. in *verb. confirmata*, & *Abbas de transactio. & Caputaq. in decis. 165. par. 1.*

Quæ tanten opinio, quoad bona nondum ecclesiæ unita, nec incorporata, non caret difficultate, ex pluribus contra pro communi opinione per *Alexand. citatis in dict. lege legatum, numer. 2. & 3. ff. de leg. 1.* cuius opinionem puto veriore, præcipuè, uti corroboratam à sacro concilio Tridentino, ut in